



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 13322648

§. 70. Regis responsum ad Parlamenti supplicationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

Sæc. XVIII. & Cleri Gallicani literas discutiebant
A. C. 1730. non sine maximo contradicentium stre-
 pitu; alii enim tam Supplementum
 Breviarii cum Ordinarii permisso Lau-
 duni impressum, quam Cleri literas
 Episcopi orationem supprimendam
 censebant, alii vero, atque inter eos
 Rollandus Præses nonnisi hoc Supple-
 mentum coram Procuratore Regio-
 Advocatis esse denuntiandum opinan-
 bantur, prævaluit etiam Rollandi sen-
 tentia, cui quinquaginta duo contra
 quadraginta octo suffragia adstipulan-
 tur; circa Episcopi tamen & Cleri li-
 ras pronuntiatum est, Regi supplica-
 dum esse, ut ea, quæ in utroque scripto
 contra Regis auctoritatem, ejusque
 obsequium expressa deprehenderentur,
 deleantur, nec Episcopi oratio in ta-
 bulas Cleri Gallicani inseratur, nisi ad-
 datur revocatio eorum, quæ in ea con-
 tra suprema Regis jura continentur.

§. LXX.

*Regis Responsa ad Parlamenti
supplicationem.*

Ad hæc Rex per supremum Confessarium
 „Præsidem die decima septima
 „nuarii Anno 1731. hæc reposuit
 „Sciatis velim, Parlamenta non aliter
 „sine esse erecta, nisi ut nomine meo

Sæc. XVIII.

A. C. 1730.

„justitiam subditis meis debitam ad
 „ministrent, auctoritatem ego vobis a
 „me datam, quam etiam sartam ser-
 „vari volo, exerceatis duntaxat juxta
 „tenorem mearum legum, sicut ergo
 „illas leges, quas ad vestra Tribuna-
 „lia dirigere, mihi bene visum est,
 „populi per vos notas habent, ita e-
 „tiam per vos & ad vestrum exem-
 „plum populi mei debitam veneratio-
 „nem & submissionem addiscant. Vo-
 „bis etiam incumbit, ut ipsimet prius
 „exacte leges meas observetis, & post-
 „ea illas ab aliis observari faciatis,
 „Vos decet, in causis privatis, &
 „vel maxime in iis negotiis, in quibus
 „de publico ordine agitur, a partium
 „studio alienos esse, & attendere ad
 „limites, quibus ipsemet Deus utram-
 „que potestatem circumscripsit, & di-
 „versa, quamvis non sibi contraria,
 „jura statuit, proin ad viam appella-
 „tionis tanquam *ab abusu* intra debi-
 „tum suum objectum recurrentes, illa
 „nunquam utamini, nisi pro confer-
 „vanda tuendaque salutari concordia
 „inter Sacerdotium & Imperium. „

„Has regulas adeo tutas si amplecti
 „non neglexissetis, de evocationibus
 „ad Romanam Curiam adeo non que-
 „rendi ansam haberetis, ut vestræ So-
 „cietati magis honorificum foret, eas
 „præ-

Sæc. XVIII. „prævenire, simulque superfedere p[er]

A. C. 1730. „sem necessitati, qua non sine fastidio

„quandoque vos ad semitam, a qua

„tamen deviare nunquam deberetis,

„revocare compellor & necessitas

„quandoque exemplis demonstrare co-

„gor, Regis auctoritatem illa Parle-

„mentorū longe superiorem esse.

„Id ergo, quod a me petitis, in

„vestro est arbitrio; ipse quidem, ne

„ejusmodi evocationes sine necessitate

„multiplicentur, intentus sum, & a

„generalibus regulis non nisi invitatus

„cedo, nec mihi quicquam acceptius

„facere poteritis, quam si omne id,

„quod justam exceptionem patitur,

„vestra sollicitudine evitetis, quinimo,

„si forte antea minus caute quædam

„evocationes fuerunt permissæ, ratum

„habeo, si hac super re Primarius Præ-

„ses ad Nos referat, ut in meo Senatu

„examinatis rei motivis, quid magis

„æquitati consonum sit, decernere

„valeam.

„Quantum vero ad aliud petitionis

„vestræ argumentum, laudo quidem

„vestræ submissionis ac venerationis

„contestationem, declaro tamen, quod

„omnes vestræ deliberationes, quas

„contra meum interdictum vobis per-

„me intimatum interposuistis, & ad

„acta vestra retulistis, eo ipso sint nullæ,

„scia-

Sæc. XVIII.
A. C. 1730.

„sciatis ergo, me a concepto proposito,
 „utpote æquissimo recessurum nun-
 „quam, Vobis igitur severissime inhi-
 „beo, ne contra mandatum meum,
 „quod occasione legis illius, quæ ad
 „Ecclesiæ & Regni tranquillitatem
 „prudentissimis & moderatissimis me-
 „diis firmandam aptissima est, pro-
 „mulgari jusseram, nequidem rationes
 „vestras opponatis, minus vero desu-
 „per deliberare præsumatis: Insuper
 „primario meo Præsidi injungo, ut de
 „his, quæ hac in occasione gesta fuere,
 „exacte nobis relationem scriptotenus
 „communicet. Denique circa ea, quæ
 „contra Cleri literas, & Episcopi ser-
 „monem proposuistis, scitote, Regis
 „esse decernere, quid circa ejusmodi
 „scripta ad meam Personam immediate
 „directa judicandum sit, non ergo Par-
 „lamentum potuit, aut debuit ullo
 „modo hac super re deliberationem
 „instituire..

Hoc Regis responso Senatores velut
 fulmine tacti, nil aliud die decima nona
 Januarii reposuere, quam Parlamen-
 tum omnino esse paratum, ut Regiis
 subditis justitiam exactissime ulterius
 administret, jura Principis, & Regni
 leges ad procurandam Ecclesiæ, sta-
 tusque tranquillitatem idoneas tuea-
 tur, suumque Zelum ac studium pro
 Regis

U 3

Sæc. XVII Regis obsequio luculentis testimoniis
 A. C. 1730. omni data occasione demonstrat, &
 quoniam Rex iterato inhibuisset, Par-
 lamentum desuper haud deliberaturum
 quænam vero ad Regii status utilita-
 tem & debiti obsequii rationem magis
 conducere viderentur, fufius expo-
 turum, quotiescunque Rex gratiæ
 permiserit. Nihilominus Parlamentum
 Parisiense paulopost Embrodunensis
 Archiepiscopi instructionem Pastora-
 lem, qua Montpessulani scripta legi ac
 retineri vetitum erat, decima post die
 edito decreto suppressit.

§. LXXI.

*Motus a Lutheranis ob Comitem Ad-
 sessum a Patruo abductum
 concitati.*

Haud minus levis in Imperio agita-
 batur controversia, cui fomites
 subjecit Religionum diversitas. Re-
 ita accidit. Anno priori Carolus Chri-
 stophorus Baro de Auffleff præmatu-
 nimis morte vivis ereptus est, relicto
 nonnisi unico Filio, Christophoro Phi-
 derico, novem duntaxat annos nato.
 Hujus tutelam Parens, qui pluribus
 abhinc annis a Lutheri secta ad Ecclesie
 Catholicæ gremium redierat, Fratri
 suo Christophoro Ernesto Electoris Mo-
 guitiæ